

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Laqueus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

**A**temur in cuius stellis vires fortes que interiorum omnium continantur. Clotho vero Planetarum <sup>Ab Iis. neq;</sup> cettum, in evolvendis rerum sortibus firmamento subministrantem. Atropon denique Saturnum, <sup>Planeto, su-</sup> qui stabilitate sua eductas in effectum fortes immutabiliter confirmet: quæ quoniam late apud eos <sup>lum scilicet</sup> plorar.

## DE LAQUEO. CAP. XXVIII.

**H**ec vero Parcarum lina in opus deducta, laqueum neverunt, artificique astu composuerunt:  
de quo dicere non fuerit importunum,

## AMOR. CAP. XXIX.

**L**aqueus vel vinculum, nunc rete, nunc decipula qualibet, amorem hieroglyphicè significat, quippe qui artibus his homines convenetur taciteque aggressus incautos in insidias trahat. Ad-  
dunt etiam nonnulli hamum, de quo loco suo dictum. Quod ad laqueum facit, aliqua spe proposi-  
ta voluptatis ita decipimur, veluti feras quoque, apposita esca, spe boni, capere moris est. Nem-  
inem enim facilius decipias, & arbitrio colligaris tuo, quam amantem: unde etiam vinculum, & vin-  
ciendi, & captivum reddendi, significatum habet.

## VENUS. CAP. XXX.

**I**psa vero Veneri amoris genitrici à vinculo nomen inditum: siquidem à viere, quod ligare est, di- <sup>Cum Caly-</sup>  
cam ait Varro. Quod vero apud Lacedæmonios Venus cognomento ΜοζΦω, pedicis circa pe- <sup>ptra,</sup>  
des obvolutis ostendebatur: nam Tyndarum ferunt conjectile Venerem in vincula, quo filiarum  
opprobria, quæ impulsu ejus acciderant, ulcisceretur. Sedenim Pausanias segmentum hoc à vulgi  
fabula sommovet, remque eruditius hieroglyphicè interpretatus, ea specie significari tradit,  
quod debeant mulieres erga viros suos in fide firmiter & constantur permanere. Nostræ in uni-  
versum castitatem & sobrietatem ita comparandam monuere, si tali utamur hieroglyphico, dum  
ajunt:

*Compedibus Venerem, vinculis constringe Lyaeum.*

## DIANA. CAP. XXXI.

**A** pud eosdem Lacedæmonios, Diana simulacrum, quod Iphigenia & Orestes ex Taurica regio-  
ne detulerunt, vitice colligatum colebatur, nempe quod eam auferentes viticem fasciculo ob-  
voluntam occultaverint. Huic quandam homines sorte ductos immolabant, quod sacrificii genus  
Lycurgus in Ephæborum stagra commutavit, simul ut aram Diana, quod ipsa oraculo sibi de-  
poscere visa erat, humano sanguine conspergeret, simul ut plagarum cœtemptu fortiorum redderet  
juventutem.

## DIANA STRANGULATA. CAP. XXXII.

**A** pud Caphyatas Arcadiæ populos, Diana strangulata  
Simulachrum, atq; eidem templum erat. Significabat  
id non hieroglyphice, sed historice, rem super ea gestam:  
propterea quod pueri quidam circa templum ludentes funi-  
culum repertum simulacri collo injecerunt, se Dianam sus-  
pendisse dicentes, quos Caphyatas lapidibus obruerunt, ora-  
culo inde moniti eos sepelire, & sacra quotannis facere, cum  
eorum uxores omnes abortivos partus ederent. Author  
Pausanias.

## FIRMITAS. CAP. XXXIII.

**S**icutum vero <sup>et crudelior</sup> Lacedæmonii pedibus vinculum co-  
lebant, cuiusmodi vetustissimam apud eos statuam fuisse  
Pausanias attestatur, ne scilicet aliorum ab urbe sua secederet, sed in ea firmus stabilisq; permane-  
ret. Cujusmodi in Ionia Tyrios etiam vexavit, quo tempore ab Alexandro Macedone obsidebantur:

H h h

näm



a Martem.  
sic Saturn.  
in campedi-  
bus vifebu-  
tur per an-  
nus m. Janus  
nam